Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



38

Quia nos ipsi in nobis ipsis mortem habuimus. ut non simus
fidentes in nob. sed in domino qui suscitat mortuos. Sed cum
propositum et nostrum et animae praparationem contradit mori
mur. uoluntate domini reseruamur. Pro quod Japhes
uidi cum omni fiducia dicebat. Vt morientes. et ecce
uiuimus. Quae autem huiscemodi propositum etiam
circa mandatum dei ardentior animus. et desiderium
insaciabile quo constringimur non habebit ocium.
nec tempus occupare curta corporales usus ut actus.
Sic et neque sollicitudinem habere oportet de necessariis
usibus aduitam. et aliud praeceptum est domini dicentis operami
ni cibum qui non pereat. superfluum manibus operari.
Ipse dominus in euangelio praeceptum suum explanauit nam
ibi ipse quidem dixit. non oportet queri aliquid adui
tam cum dicit. Nolite querere quid manducetis aut
quid bibatis. haec omnia gentes huius mundi requirunt. et addit
uerite autem regnum dei. et iustitiam eius. et quomodo opo
rtet queri. indicat. cum enim dixisset nolite operari cibum
qui perit. addidit. Sed eum qui permanet in uitam aeternam.
et quid hoc esset ipse in alio loco ostendit dicens. Meus
cibus est. ut faciam uoluntatem eius qui misit me patris.
Voluntas autem patris est. esurientibus cibum dare. sitientibus
potum. nudos cooperire. et ceteraa huius modi. Cum de
inde necessarium est et apostolum imitari dicentem.
Omnia ostendi uobis quia oportet nos laborantes suscipere
infirmos. et cum ceterum docet. Magis autem laboret
unus quisque manibus suis operans quod bonum est. ut possit impertiri necessitatem patienti. Cum et haec tradit dns